

Et at id quod obiicitur Clementem Septimum  
solum fuisse locutum de priuilegiis cōceden-  
dis ordinibus suo tempore a Sede Apostoli-  
ca approbatis, & religionem S O C I E T A  
T I S I E S V multo post, fuisse a Sede Apo-  
stolica approbatam: respondet, quod post  
Clementem Septimum, Paulus Quartus, Pi-  
us Quartus, & Pius Quintus, & Gregori-  
tus Decimus tertius, & Sextus Quintus priu-  
legia Mendicantium approbantes, ea omnia de  
novo concesserunt: ac si tenor ipsorum priu-  
legiorum in eorum literis Apostolicis appo-  
neretur, & sic priuilegium Clementis Septi-  
mi tempore & ætate horum Summorum Pon-  
tificum fuisse concessum, quo tempore, & aca-  
te, religio S O C I E T A T I S I E S V nō  
solum erat ab Ecclësia approbata, sed etiam  
per orbem dispersa. Verum hoc est certum  
& indubitatum Adrianum Sexum Pontificē  
maximum ad instantiam Caroli maximi Ro-  
manorum Imperatoris & Hispaniarum Regis  
concessisse fratribus minoribus de obseruan-  
tia existentibus, aut ire procurantibus, in di-  
& sis, & addi&as Indiarum partes, ut prælati  
fratrum pro tempore existentes, & quibus ipsi

Q. 2 de